

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Etia[m] ingratis libe[n]ter seruia[n]t, præsertim imfirmis in valetudinario.

C. XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

gandis occuparent, sed anima & corporis munditiā
fruebatur.

CAPVT VNDECIMVM.

*Non singant morbum vel debilitatem ob
declinando labores.*

Abit ut aliquis singat se ægrotare, vel debili-
tatem esse, quo hac falsa excusatione labores
subterfugiat: *Grauiſimè plectentur iſ, inquit S. Baſilius, qui quas à Deo datas ſibi corporis vires habent, malitiosè celant, & aduerſum Antiftiti petulantē im-
padientia ſe gerunt, & illius iuſſa non obtemperant. Si
enim magnum Antiftiti atque intolerabile periculum
creat, occultum tenuiſſe talentum doctrine, ac non vni-
cuiq; ante imminentem peccato frameam, indicaffe, ſi
ne dubio maius periculum incurret iſ, qui datas ſibi à
Deo ad Communem reliquorum virilitatem, vires cor-
poris, otiosas tener, occultatq;. Nec tantum in alterā
vitā tales, vt ait S. Baſilius, grauiter plectentur,
ſed quandoque etiam in hac vita Deus tales iu-
ſtā animaduertione castigat.* Scribit Zacharias
Bouerius in Annalibus PP. Capucinorum, Quē-
dā Genuensē Prouincia fratrem Laicum, in Ceba
Conuenit, iuſſum à Superiori Domini, quedam Monas-
teriū negotia in Oppido agere, ſe ex morbo claudem ſi-
mulantem, Superioris præceptum eluſſe, & ab illius ſe
obedientia excenſe. Atque non fallit Deus, quam ille
caſam ſimulauerat, quā ſe ab obedientia ſubtrahebat,
hanc penā illi clauditionis iuſſiſt, & conſirmanuit. Ea-
den enim die cum ffortiori forſicem imprudenter
geflear, cā ē manibus delapsa, recto mūrone in pedem
fur, cui tam profundè infigitur, vt eo perſoſſo Fra-
trem perpetuū claudum reddiderit. Idem aliud exem-
plum recenſet ibidem de quodam Laico, qui in
Conventu Rofciani, Conſentina Prouincia, ſobcuris pa-
rentibus ortu, qui vītū ſibi quotidiano labore com-
parabat, cum primū anno 1600. inter Capucinos lo-
cum fortitus eſt, eam paulatim ſibi vita rationem con-
ſtituit, que parum à nobilium, atque otiosorum homi-
num ſtatu abeffet: quotidianum enim laborem, ac do-
mu minifleria fastidens, honorabiliora tantum officia,
quālia aut viros ſeculares ad Conventum aduentantes
iucundo ſerme excapere, aut quaſtarium munus ex-
ercere, aut Concionatoribus comitem ſe adiungere, at-
que alia eiusmodi, amplectebatur. Quid si eum dominus
Superior ad vīle ac laboriosum opus vocaret, protinus ſe
imbecillem ac ineptum afferebat, mollioresq; ſibi habi-
tus, candiora cingula, curiosusq; conſuta, ſandalia
ſemper vendicans, nobilem inter pauperes vitam ducere
ridebatur. Hoc pacto non paucis ab eo annis in Religio-
ne transactū, tandem Rofciani in morbum incidit, quo
pragranatus cum ad extremam tandem vita lineam
perniciſſet, palam ſe iuſto Dei iudicio ad Tartara con-
demnatū affirmat: damnationi q; cauſam reddens, ed
quid, inquit, cū in ſeculo vīla, & rerum omnium ege-
mu eſſem, in Religione Nobilium inſtar, mollem & deli-
cata vitam egī. Hec ſuprēma illius verba fuere, qui-
Lancicij Opus, Tom. 2.

QVIN potius alacriter offerant operam ſuam 91.
Superiori ad quosquis labores prompte ſu-
cipiendoſ. Adiuuandus eſt Superior, ait B. Lauren-
tius Iuſtinianus, quatenus ſuperimpoſitum illi onus
liberius ferat. Tunc autem adiuuatur, tunc ipſius par-
ticipatur labor, tunc leitus effectus, pondus non ſentit,
cum prompto obeditur affectu. Coacta namq; ſeruitia
ſaſtidoſo ſuſcipiuntur animo. Qua verū alacri mente,
placido vītu, & volenti exhibentur corde, laetificans
principientem.

S. Antonius Patauinuſ, antequam eſſet pro-
motus ad Ordines ſacros, obtulit ſe Superiori
ſuo potius ad obſequia perpetua Laicorum,
præſertim culinaria, præferens illa ſtatui Cleri-
cali; & non niſi coactus ſacros Ordines ſuſcepit,
dicens ſe ineptum pro ſacerdotio, & do-
ctrinam eximiā, quā erat imbutus, diu occultans,
ita latuſſet tanquam litteratum ignarus &
rudis, niſi Spīritu S. impulſus eius Superior cum
ē culina euocatū, concionari in Refectorio
coram PP. Dominicanis hospitibus iuſſiſſet.
Quā in concione ex obedientia præſcripto ha-
bitā, tunc primū apparuit multiplex eruditio
& doctrina pro ſacerdotio apta, ab eo tam diu
occultata.

CAPVT DECIMVMTER TIVM.

*Etiam ingratia libenter ſeruant, preſer-
tim infirmis in valetudinario.*

Libenter ſeruant & neceſſaria ac consolato- 92.
ria ſuſtinent, etiam iis, qui non oſten- Vit. PP.
dunt ſe gratos, & æſtimare obſquia eorum, pre- L.7. c.19.
ſertim iſi infirmis ſeruant. Imitentur Ioannem
Minorem Thebaeum, diſcipulū Abbatis Am-
monis, qui duodecim annis ſeni infirmanti feicit obſ-
quium. Senex tamen cum viduſſet eum laborantem, nū-
quam

Kk 3 quam

quam illi sermonem blandum aut placitum locutus est.
Cum autem de hoc mundo transiret, sedentibus alio
senibus, tenuit manus eius, & dixit ei tertio: Salueris,
salueris, salueris: & tradidit illum senibus, dicens: Ille
non homo, sed Angelus est, qui tot annis mihi infirman-
ti seruens, nec bonum sermonem audiens fecit tantum
obsequium cum magna patientia.

Talem ergo affectum concipient charissimi
nostris Fratres Laici ad seruendum maxime iis,
non qui gratos se exhibent ob sibi praestata ob-
sequia, sed qui conuictis & itacundis asperitate
loco gratitudinis seruicia fibi exhibita remune-
rabuntur. Imitentur etiam illam Religiosam fe-

Prat. spir.
c. 206.

Coll. 18.
cap. 14.

minam, quæ cum impetrasset à S. Anastasio E-
piscopo Alexandrino viduam pauperem, quam
domi sua fouveret ei seruens, & videret man-
suetam & humili ac grato animo servititia im-
pensa recipientem, eà non contenta, petiit aliam
ad exercitium quotidianum patientia. Quocir-
ca, vt ait Abbas Planius apud Cassianum,
sanctus Episcopus, oculis præcepit ut ea illi quæ effet
cunctu nequior traduceretur, que scilicet vel iracundia,
vel rixia, vel violentia seu verbositate atque etiam va-
nitate cunctas, quibus hac vita dominarentur, excede-
ret. Quam cum multo facilius inuentam fibi, tradi-
tam domi habere capisset, atque eadem ei diligenter,
quà prior illi vidua, vel etiam studiosas ministraret,
hoc solam, ab eâ pro tamis obsequiis recipiebat gratias
et indigni iugiter afficeretur iniuris, conuiciis quoque
ab eâ exprobationibus, continuis vexaretur, obuien-
te ei, & maledicis obtrectationibus increpante, ed quod
se non ad refrigerium, sed potius ad cruciatum & con-
sumeliam ab Episcopo poposisset, magisq; se de requie
ad labore, quam de labore transtulisset ad requiem.
Cum ergo assiduitas surgorum eo usque prorumperet,
vt ne ab infectione quidem manuum procaz mulier
temperaret; illa autem humilioris obsequij ingeminaret
officia, non furentem vincere renitendo, sed semetipam
humilis subiiciendo, discibat, vt multimodis indigni-
tatis lacepsita, obiurgantis insaniam humanitatis,
mansuetudine deliniret. Quibus ad plenum exercitii
confirmata, perficitamq; virtutem desiderata patientie
consecuta, ad memoratum Sacerdotem tam pro electio-
ni eius iudicio, quam etiam pro beneficio exercitationis
sua, gratias relatura pererexit, ed quod secundum deside-
rium suum, tandem ei magistrum patientiam dignissi-
mam prouidisset, cuius iniurii iugibus, vt quadam pa-
lastra oleo quotidie roburata, ad summam animi pa-
tientiam perueniret. Tandem, inquiens, dedisti mihi
quam repause. Nam prior illa suis me potius honorabat ac refrigerabat obsequiis. Et sane, hoc est signum
certissimum, quod aliquis seruiat alii, purè
propter Dei amorem, quando non seruia ob de-
siderium laudis & gratitudinis, nec à seruendo
desistit, quamvis videat ingratos eos quibus ser-
uit, & tanto maiorem mercedem recipiet à
Deo, quod minorem vel nullam gratitudinem
viderit in iis quibus seruit. Et cum obsequia
quaे impenduntur infirmis, sint valde molesta,
& nauseam patientia, diligentia, & alacritas, in

serviendo infirmis, est magni pretij apud Deum
& Sanctos eius. Hinc in vita Patrum, cum qua-
dam iuuehis religiosum senem interrogasset: Oste Pa-
ter, dic ex animi tui sententiâ, quid tibi videtur: Duo
Fratres sunt, quorum alter in tugurio suo quietus
perdurat, & ieiunum quandoque usque ad sextum
diem producit, nec interim consuetos sibi labores qui-
quam remittit: Alter verò virus rei satagit, vi agrotu
inseruat; dic obsecro, cuius viuendi genus videtur Deo
acceptius? Cui senex: Non opus hic, inquit, deliberatione
multa: Dico, si frater ille qui sex diebus protrahit iei-
num, suis ipse naribus feso suspendat, illi alteri quae-
grotantibus ministrat, pro merito, neutquam equalis
esse poterit. Sanè si Christus Dominus in die ista Mardi
dicij in salvandis commendabatur: Infirmi etiam 25.36.
& visitasti me: multo magis remunerabitur eos,
qui semper infirmis assistunt, & tantas mole-
stias nocturnaque pro amore eius decurant, &
iusta solatia ac obsequia agrotantibus deferunt.
Exeat huius rei præclara confirmatio in vita S. 24.
Dosithei, qui cum quinque annis officio infirmarij
diligentissime perfundebat eslet, admirabiliter suos in seruendo infirmis labores, in
gloria calcisti compensatos accepit. Cum enim
morti esset proximus, magnus illò seculo senex
Barisanuphius, ei infirmo dixit: Vade in pace, fili! &
de Sancta Trinitati praesentia, ne non precare pro nobis.
Frates, audito sensi dicto contristari atque indignari
esperunt: Quid fecit hievt huiuscmodi verba audire
mereretur à sene? Etenim non viderant eum biduanu-
se ieiunia peragenter, vel ante confuetas vigilias surgen-
tem ac vigilantem, sed neque ad ipsas vigilias, nisi post
duos hymnos surgebat. Non viderant ipsum aliquod
spirituale exercitium, seu mentale exercitationem
facientem, sed viderant eum dum taxat, parum insul-
cipientem, quod reliquum fecerant egroti (quibus
ministrabat sanus dum esset) &, si qua pascu-
rum capita ipsi quoque reliquerant egroti, aut aliud
eiusmodi comedentem, dicebant carpendo, quasi
delicatis cibis, non sine tamen Superioris licen-
tiâ vesci solitus esset. Ita (inquit author vita-
eius) conturbabantur, ignorantes exercitationem &
profundam atque indiscutam in omnibus rebus obe-
dientiam illius, (cum magnâ charitate erga infir-
mos, quibus diligenterissime infirmebat, con-
iunctam.) Quandoquidem nunquam vel sensi pro-
priam voluntatem explevit. Et allatis variis exem-
plis mortificationis ei imposita & confusionis
à S. Dorotheo eius magistro, concludit sic: Ce-
terum, cum pro tam mirâ ac sanctâ obedientiâ &
charitate erga infirmos) & simplicitate, repositam
illi gloriam, palam facere velle Deus, non multis pos-
sibitum B. Dosithei diebus, quidam hospes sanctus ac
magister senex, vide cupiebat Sanctos, qui in eo cen-
bio vita fundi erant. Regnauit itaque Deum, vt id quod
petierat, manifestare illi dignaretur, & vidi velut in
choro illos astantes omnes, inter quos omnes, etiam vidie
& iuuenem quendam astantem, & ait: Quis nam
erat, obsecro, iuuenis ille, quæ inter ceteros Patres San-
tos astantem vidit? Cumq; forma illius signa, & char-
acteris

Benes accuratè descripsisset, agnouerunt omnes, Dositheum fuisse. Et Deum glorificauerunt, admirantes, de qua vita conuersatione, de qua vite flatu & ratione vivendi, erat enim cuiusdam Tribuni seu Prefecti militum, (reu. ut vta nostra phras, Colonelli) filius, hic Dositheus, delicatus valde, & in multis deliciis eminens, rutilu incundissimus, ad quanta premia, qualiter mensuram, tam brevi tempore, pro solè duntaxat obedientia indisessa obseruatione, & abnegatione propria voluntatis peruenire promoveruerit. Hinc charissimi Fratres Laici animentur ad humilia officia, & nauseam etiam parientia (vti sute seruitia infirmis impensa) subienda alacriter, diligenter & perseveranter, quando à S. Obedientia eis imponuntur, pari enim gloriā in cælis corona-
buntur. Et vt recentiora adferam exempla, quanti si meriti, humili obire officia, preser-
tum in impendendis seruitiis circa curam infir-
morum. Scribit Zacharias Bouerius anno 1538.
in primo tomo Annalium PP. Capucinorum,
Fratti Angelo à Castro Sacerdoti & eius socio,
cum commiseratione ducti, tempore pestilentie, Venetia
mortuū meū possibiles nulla charitatis officia prater-
missent, quibus agrotos ac viuentes iuarent, aut mo-
rientes omni studio prosequerentur, per menes aliquot,
cessante pestilentia, utriusque forsan attentius orant,
Saluatorem Dominum, fulgentissimā luce perfusum,
apparuisse, eosq; ob charitatis obsequia agrotantibus
data commendasse, & quindecim post die, laborum illa mercede datum pollicitum esse, atque ita
proscriptā die ad præmissa vtrumque premia, euoca-
tum esse. Idem grauissimus & accuratissimus
Scriptor refert, in secundo tomo Annalium PP.
Capucinorum Ioannem à Frentano, Sacerdo-
tem vita sanctitate & miraculis clarum, post
obitum, ex condicō apparuens Fratri Thomae
Aletino Concionatori, & interrogatō à Thoma
de salute, sic respondisse. Optimè, inquit, nunc mecum de
salute agitur. Verum scito Thoma, me Dei in iudicio,
maximum in salutis discrimen, propter Conuentuum
adficia adductum fuisse, in quibus tametsi omne me
studium contulisse putarem, vt paupertati adficatio
responderet pleraq; tamen, tum in abundantiori cella-
rum ac officinarum copiā, tum in structura qualitate
ac simplicitate, vixia que ne quidem vitia putabam, me
annuente irrepere, que à Deo feneris indicata sunt: ac
nisi maxima mea erga infirmos charitas, mihi in Dei
iudicio suffragata fuisset, de mea profecta salute actum
erat. At misericors Deus, sua benignitas haud immo-
tor, meā illā charitatem commotus, merita quidem, in-
serni supplicia condonauit, verum ad octauum usque
diem purgatorii penitentia voluit, quibus hodie abso-
luit in calum concedo. Quanta autem illius erga
infirmos charitas fuerit, sic idem Historicus
narrat. Infirmorum charitas, tam perfectè illius ani-
mum accenderat, vt cum in agrotorum cura totus ani-
mo liqueficeret, nullosq; pro�us labores, ac molestias re-
fugere, demum in ea studium omne ac sollicitudinem
conculisse videretur. Pro hac siquidem charitate, & ne-
cessaria sibi cibaria subtrahere, & somnum ab oculis

subripere, indestaq; omnia perferre, quasi minimum
ducebat, & pro infirmis per quam lubentissime sanguinem, ac vitam profudisset. Alterum exemplum hāc 98.
ad rem faciens, idem recenset huiusmodi: Dum pag. 77. num. 87.
aliquando Fr. Paulus à Caluello Laicus, in Ecclesiā oratione, Virgo Deipara, seruū cælesti presentia ac verbi consolabatur: quo tempore is egrotum Fratrem, cuius à Guardiano, illi cura compissa fuerat, clamante audiens, statim, Virgine reliktā, ad ipsū festinat: cui ubi debita obsequia exoluit, ad Ecclesiā rediens, 84.
etiam Deiparam etiamnum expectantem reperit: cui
Paulus: Beatissimā Virginum (inquit) queso, ne indigno
famulo tuo succenfas, quod te prætermisca, ad infirmā
accesserim. Cui illa: Ne te fili, facti pœnitentia: rem mihi
tantopere gratam fecisti, ut gratiorem nunquam habi-
ritatis enim & obedientia opus, quo egrotum Fratrem,
prosecutus es, in maximum meum ac Filij mei honorem
redundat. Idecirò perge viriliter, capitis infante, & cele-
sti corona te dignum praesta: non enim deerrit qui operi
tuo mercedem reddat. His cùm incolta calorium Regi-
na serum suum dichè solata esset, velox in celum rediit. Simile exemplum recenset Bzouius de Fra-
tre Accursio Ordinis Minorum, qui cùm Vir-
ginis Deipara præsentia frueretur latet, & tūc 1258. n. 14.
infirmus opem suam imploraret, statim ad infirmum se contulit: quod adē gratum fuit Vir-
gini, vt iterum illum inviceret, & eum sūtā præ-
sentiā recrearet, qui decubanti infirmo opem
tulerat. Tertium exemplum idem Bouerius 99.
ibidem refert de Benedicto à Colleamato Lai. pag. 138.
co mira charitatis in obsequiis infirmorum, & sanos,
quos omnes tanquam paterno in sinu gerebat.
Cùm enim coquina ministerio vacaret, octo columbi à
benefactore quodam missi sunt: sed cùm Fratres in illo
Monasterio nouem essent, pro nono columbus desuit. Ita-
que ille pro aliis octo columbus paratus: Alij, inquit,
suo columbo vestantur, tu Benedicte, à columbo absti-
neto. Vix id in animo plenè deliberauerat, cùm repente
columbus ex alto volans in parietem, cui vir Dei col-
umbos deplumans adhucbat, tam fortiter allitus est
vt extinctus ad illius pedes ceciderit. Stupet ille. Eo ver-
facto, non obscurè Dei benignitas, ac liberalitas exi-
miam serui sūtā charitatem erga infirmos & sanos, è
celo commendare, ac Diuino testimonio comprobare
volut.

Quartum exemplum apud eundem est, in 100.
vitā Vincentij à Saludecio Sacerdotis, qui cum pag. 48.
ardenti potissimum in agrotos sua cure commisso,
charitate flagraret, et Diuini oculis ita grata fuit, vt
postmodum oranti Virgo Deipara, & S. Franciscus ap-
paruerint, piuq; charitatis opus ab eo agrotis exhibi-
tum commendantes, cælesti cohortatione in eo illius
magis annum confirmauerint.

Quintum exemplum ibidem recensetur, de 101.
quodam Dei seruo, qui magnā erga infirmos charitate
ferebatur. Quapropter cùm a stipe mendicandā vespere
ad Conuentum rediret, licet ex labore fessus, mox ad
agrotos accedens, necessaria illius ministeria persoluere
consueverat. Quod factum est, vt in Anconitano Con-
uentu post exhibita agrotantibus officia, ante Sacra-

Eucharistie altare orans, in mensis excessu illi aurea quedam scala, aureis gradibus distincta demonstrata fuit, que cum à terra ad celos pertingeret, qui per eam ascendebant, Angelos sibi obuios habebant, à quibus ad cali gaudia ducebantur. Hanc verò fraterno charitatis scalam esse intellexit; qua tamen altero extremo terris inhærebat, vixit in terreno, atque agrotorum ministerio fundata, per eam tamen ascendentibus, ad calum ducit.

1.5. tit. de char. 25. Sextum exemplum est his antiquius rela-

tum in Vitis Partum, de quodam Ministro senis ulcerosi, cuius cum vulnus, saniem fætidam effundens, lauislet, & aquam illam, quā illud abluerat, ad potum suum reseruasset (admirando, non tamen imitando sine Superiori approbatione, exemplo) nec à sene, etiam rogatus, vellet discedere, eiisque factorem tolerare, Deus hanc ministri charitatem, & sui victoriam commendatam esse volens, fætidam illam aquā & purulentam in purissimam convertit, senemque illum inuisibili medicinā sanauit.

102. pag. 249. 2. Primo Annalium eorundem, exemplum de quodam Fratre Augustino à Maraldo Sacerdoce, qui egreditib[us] officia prestabat, & cum obiisset,

Fratri Paulo Ferrarensi Sacerdoti post mortem apparet, significauit se id à Deo iusti supplicij talisse, ut per mensuram in Fratrum sepulchro inclusus, supremum illum putridorum corporum factorem sustineret, eamq[ue] ob id à Deo illi pannam infictam fuisse, quā vivens infirmorum scaphia ac matulas mundare exhorruisset.

103. pag. cad. Sed illud est horribilis, quod in Perusino Cōuentu contigit, in quo quidam Nofocomij praefec-

tu[m] 26. tus, contempta charitatis lege, si qui interdum Superiores aut Guardiani, aut Definitores, aut amici agrotarent, & ad Nofocomium accederent, ius omni cura diu noctuq[ue], inuigilabat, ne quid eorum ministerio aut curationis deficeret, ceteros verò gregarios: Fratres agrotantes, ex quibus nihil commodi aut honoris expectare poserat, tam iniquā charitatis lege excipiebat, ut nec necessaria illis administraret: quod siebat, ut vndiq[ue] ab agrotis in eum querimonia erumperent: quibus tamen è minus Superiores credelant, quod illum in suis foruns obsequiis diligentiores videntes, eo plenè modo, & a liorum cura infistre existimabant. Cum verò diuinum tempus aduenit, quo exurget in Iudicium Deus, agrotant & ipse Nofocomij praefectus, ac morbo ingrauescente, iam ad extrellum vita fermè accedebat, cum Guardianus Praefectum hortatur, ut peccata sanctissimā confessione eluat, sp[iritu] ille confessionis Guardianum alebat, induciasq[ue] quotidie quarens, confessionem profringebat. At cum Guardianus certo vita periculo exposito illum ad paenitentia Sacramentum compellere, standem responderet Praefectus: Quid me, Pater, ad peccatorum confessionem provocas? quā nihil mibi professe valeat! Iam paenitenti tempus est elapsum, sera nimis paenitentia est, iam est de meā salute actum. Hac primū Guardianus mentis delirio adscriptis; at cum ex animo verba illum proferre animaduerteres, Pra-

fectum multis verbis hortatur, ut in Diuina clementia spem animum erigat, nullumq[ue] tam graue animi malum esse persuaderet, quod paenitentia non curetur. H[abem] Prefectus: Noli inquit, incassum eniti, iam Dei indicio condemnatus sum, ed quid erga agrotos aqua charitatis officia non præsticerim. Cum enim Maioribus ant[er]ioribus omni diligentia ac studio, eo tantummodo consilio inferirent, ut ab iis propria commoda ac favores quarerem, cum in minores iam seū & crudelius, ut iis ne quidem necessaria ministrarem, quapropter in Tartara mergor. His dictis crudelem efflavit anima, tantusq[ue] protinus ex eo factor effundi caput, ut plane cunctū intolerabilis esset, vixq[ue] post octauum diem ab eo Conuentus liberari potuerit.

Sanè apud veteres Religiosos mira charitate subueniebatur infirmis. Hinc S. Hieronymus in sua xatis Monachis hoc commendat: Si quis cooperit agrotare, transfert ad excedat latiorum, & tanto senum (nota Lector, etiam senes olim ad talia se demissi obsequia) ministerio resouetur, ut nec delicias virium, nec Matris quarat affectum. Ostendit hoc etiam argumento Deus, quā sint ei accepta obsequia, diligenter & cum magnâ charitate infirmis exhibita: quia ut scribit S. Dorotheus, Fratrem quandam ei notum à turpissimo quodam lasciuia, & extrema concupiscentia spiritu acriter oppugnat liberatur, quia cuidam Fratris dysenterie morbo laboranti diligentermē atque humanissimē seruiebat. Et addit: Euagrium de magno quodam sene dixisse, quod quidam ex Fratribus cum vehementer nocte phantasmatis quibusdam & spectris terraretur, indicto illi ieiunio, & ut cuidam agro Fratri ministraret, statim ab hismodi cum phantasmatis & spectris mirabiliter liberata.

Porrò inter charitatis eximia argumenta, & summè Deo ac cælitibus grata, sunt non tantum alimenta & fomenta necessaria suppeditata agrotantibus, præsertim à Medicis & Superioribus prescripta, sed etiam pia solatia, quæ honestè concedi, & adferri queant, & non sint morbum vel dolores auctura. Ideò Deus ipse quandoque cum humanitus ea adhiberi non possent, per se ipsum, & suos Angelos, ea subministrare infirmis dignatus est, non ad necessitatem, sed ad metam recreationem, vel refrigerationem, vel solatium. Sic quibusdam sanctis pesciculis, & auiculas dum agrotarent, submisit eo tempore, & in illis locis, in quibus tunc reperiuntur nullo modo, & prelio comparati poterant, quia naturali earum desiderio, miseri exhausti, tenebantur. Ut S. Thomæ Aquinaci, qui agrotanti haleces extra tempus suppeditauit, S. Franciscus cum Fratris Bernardo (qui eius insitum curam gerebat) dixisset, ob aliorum ciborum minime nauseam, nihil tam appetitum revocaturum, quam syl. Wading uestrum aliquam auiculam; Repente præ foribus adiuncto, Angelus Dei in formâ nobilis equitis, qui ad infirmi lectum accedens, volucremq[ue] optimè preparatam ap[er]num-ponens, dixit: Accipe serue Dei, quod tibi mutui Dei, statimq[ue] diffaruit.

Idem

*rius. quam Angeli ministerio, vas illud lactis agroto al-
latum fuisse, ulli dubium esse potest.*

Non desunt & in Societate talia exempla, tiam, ut omittam alia, scribit Sacchinus in 2. p. hist. Societ. l. xii. n. 94. 95. paternam Oliverij Manaræ, func Collegij Lauretani Rectoris, charitatem, solliciti de ægrotorum non tantum curatione, sed iusto solatio, & refrigerio, misere pulsuum farinæ & saccari, & aliquot oua, ad honestam fæminam, ut in solamen ægrotantium, aliquid placentularum conficeret. Dum igitur fæmina illa cum filiâ & nepte laborarent, maf-sam dum tractant, intra manus augeri, & semirâ succendi, pietate, ad dulcediem impleri senserunt. Inde numerum ingentem bellariorum conficiunt, & postrem, dum maestram euerrunt, collectâ si quid farina refederit propè discum, in quo fuerat allata, denuo cōplent. Hanc & confectum opus in Collegium remittiunt, nimirum magnum canistrum placentulus plenum, ac de farinâ nulli planè detractum: volente Domino famulos suos hoc miraculo consolari: quæ eo loco, copiosius describit Sacchinus.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

*Non &grè ferant, si aliis, præsertim debilio-
ribus, leuiores imponantur labores.*

Non terre ferant, si alii praesentim debilio-
ribus non imponantur tam graues & dif-
fieles labores, vti ip[s]is. Nam, vt ait S. Basilius,
Neque moleste ferre, neque indignari Fratres debent,
quandounque iis qui imbecilliores sint, Antistes ac-
commodata illorum viribus ministeria assignet, & in-
dulgentius cum his agendum censem, ita videlicet vsu
potulane. Quinimo qui valentiores sunt, ij imbecil-
lioribus indulgere, & hoc modo spiritualem complere
charitatem debent. Siquidem animaduertimus in cor-
pore, neque a manu disidere pedem, neque manum pe-
dem ipsam ad transfigendas partes suas conari tradu-
cere, neque viuensam item manum, digito minimo
suum onus imponere. Sed de membris vnumquaque
delatam sibi sortiti a natura vim exercere, & que im-
becilliora sunt sustentare. Hac disciplina, si in spiritua-
li Conueni feruerit, nimis illud declarabit, nos ve-
re Christi corpus esse, & membra ex parte, nempe, qui
aptam inter nos coniunctionem, & vacuam omni disti-
lio discordiam continenter seruemus. Cum autem, R. 12.5.
vt ait Apostolus, Multi vnum corpus sumus in Chri-
stio, singuli autem alter alterius membra; debemus
non inuidire aliis leuiores labores, sed, vt ben[e]
dixit S. Basilius, aliis, tanquam minimo digito,
non desiderare gratiores, quam possit ferre Su-
periorum iudicio labores. Et ita inter Regulas
S. Pachomio diuinitas per Angelum allatas cap.t.
praescriptor: Fortibus fortia mandari opera, imbecil-
la autem & levia, iis qui se magis exercent, (in spiri-
tualibus) & sunt imbecilliores. cap.38.

CAP.